



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto cassiano martyre. Cap[itulum]. xxij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

vite sanctitate et sapientia insignit et pollēs. Igitur episcopatū rauenne vacante: dum quidē ciuitatis rauenne cuius a clerico et populo electus esset: et pro confirmatione habenda multi nobiles romam ad Sixtum papam tertium accessissent: antequam illi ad urbem peruenirent: Sixtus papa a beato Petro apostolo et sancto apollinare sibi apparentibus per visum admonetur: ut nullum alium in rauenne archiepiscopum consecraret: nisi illum quem ipsi in eorum medio eidem ostendebant. Venientibus ergo et iustus ad urbem ab eisdem papa per triduum requisitus: ut electum suum consecraret omnino rennuit: iussa sibi a sanctis referens et ostēsum requirens. Cuius dum nomē ignoraret: sed eūdem ex vultu cognoscendum diceret: per tres dies inter omnes sibi assistentes ostensum videri nequirit. Post triduum autem imolentis episcopus cum Petro eius dyacono coram papa comparuit: qui eisdem pro electi confirmatio ne instanter supplicauit. Sed dum pontifex petrum in medio multorum aspexit: etiam a longe eundem mox recognouit: et quod ille esset qui sibi ostensus fuerat asseruit: atque ipsum cunctis approbantibus in episcopatum consecrauit. Qui sanctus laudabiliter viuens: doctrina: vita: et miraculis floruit. Tandem obitu suo sibi diuina monitione reuelato in olam perrexit: et iuxta corpus sancti cassiani martyris: ubi et nunc tritus fuerat: orans ad xpm migravit: et iuxta eundem martyrem sepultus est quarto nonas decembris. Cuius calix et patena eorum contactu sanant a morbo rabidi canis. Die multas homelias super euangelis: et sermones elegantes composuit: et propter sermonis sui venustatem Petrus chrysologus: quod est sermo aureus: vel aureus sermocinator: cognomen accepit. Fratris et eius epistola contra eurycetē tempore leontis primi imperatoris conscripta: cuius sententia auctoritate postquam in concilio calcedonensi lecta est: euryces hereticus damnatus est.

De sanctis Auro et securo martyribus. Cap. xxv.

Verus et securus germani apud apyricam sub persecutione vandolica passi: glorioso martyrio coronati sunt quarto nonas decembris: ut in martyrologio adonis legitur.

De sancto cassiano martyre. Cap. xxvi.

Cassianus martyr in ciuitate rigitana que est metropolitans mauritanie passus est: qui exceptoris diu gerens officium: tandem celitus inspiratus excreabile duritiam xpianorum nec deservire: vni renūciās eidē officio sub xpiana cō-

fessione triumphum meruit obtinere martyriū die tertio nonas decembris: ut dicitur in martyrologio adonis: cuius corpus in prefata ciuitate tumulatum: inde processu temporis ad ciuitatem imolentem translatum est: ubi et quiescit miraculis clarus.

De sanctis Claudio Hilario et sociis martyribus. Cap. xxvii.

Claudius tribunus et hilario vxor eius et filii eius iason et maurus cum militibus septuaginta sub numeriano imperatore passi sunt. Narrant in passione chrysostomi et dante dicef: dum sanctus Chrysostomus ab imperatore traditus esset tribuno claudio ad torquendum. Videns claudius qualiter omnia tormēta superaret: et qualiter deos gentium apertis rationibus confutaret: et quod fuisset quibus cedebat molles reddēbatur: conuersus est ad dominum cum vxore et filiis et septuaginta suis militibus sibi commissis. Quod imperator audiens iussit claudium ligato ad collum saxo in mari precipite dari. Milites quoque singillatim audiri: ita ut quod se xpianum confiteretur capite cederet: qui se christicolam negaret: dimitteretur. Prius ergo iason et maurus filii claudii non interrogati se xpianos confitentes decollati sunt. Quos omnes ceteri imitantes infra horam eodem martyrio coronati sunt. Quorum corpora a xpianis in cuniculo ubi decollati fuerant condita sunt noctu non longe ab urbe via salaria. Filiorum vero corpora hilaria mater in suo fido sepeluit. Et dum ad tumulum oraret: et pagani supuenientes eam occidere vellet: orandi spacio accepto in confessione spiritum emisit. Cuius corpus iuxta filiorum cadauera due est ancille clandestine sepelitur. Horum omnium martyrum passio recolit die. iij. nonas decembris. De quibus infra in passione chrysostomi et dante. viij. kal. nouē. dicef.

De sancto Lucio rege et confessor. Cap. xxviii.

Lucius beatus confessor: fuit rex britannie baptizatus a timotheo discipulo sancti pauli. Qui regno conposito et bene ordinato relicto omnibus secularibus popis multisque ad deum conuersis: ventens per angustam in ciuitate curie multis ad vite perfectione exemplo et doctrinis inductis die tertio decembris in pace quiescit: ut dicit frater Bartholomaeus.

De sancta Barbara regine et mar. Cap. xxviii.

Barbara virgo passa est in ciuitate nicomedie tempore maximiani imperatoris sub prelide martiano. Cuius pater Dioscorus nomine eius ciuitatis nobilis et paganus: turri excelsa fabricata filiam pul-

